

LIBER GENESIS 11,1-32 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Erat autem terra labii unius, & sermonum eorundem.

Et erat omnis terra labium unum, et verba una.

(I) Et erat omnis terra labium unum et vox una omnibus.

(H) Erat autem terra labii unius et sermonum eorundem.

Erat autem universa terra labii unius et sermonum eorundem.

Und es war alle Welt eine Sprache und einerlei Rede.

Über die Erde allhin war eine Mundart und einerlei Rede.

2 Cumque proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Senaar, & habitaverunt in eo.

Et fuit in proficiscendo ipsos ab oriente, et invenerunt vallem in terra Sinhar, & habitaverunt ibi.

(I) Et factum est cum moverent ipsi ab oriente invenerunt campum in terra Senaar et habitaverunt ibi.

(H) Cumque proficiscerentur de oriente invenerunt campum in terra Senaar et habitaverunt in eo.

Cumque proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Senaar et habitaverunt in eo.

Und es geschah, als sie ostwärts zogen, fanden sie eine Ebene im Lande Sin'ar und wohnten daselbst.

Da war's, wie sie nach Osten wanderten: Sie fanden ein Gesenk im Lande Schinar und setzten sich dort fest.

3 Dixitque alter ad proximum suum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis; & bitumen pro caemento:

Et dixerunt vir ad socium suum: Agite laterificemus lateres, & comburamus ad combustionem. Et fuit eis later in lapidem, & lutum fuit eis in caementum.

(I) Et dixit homo proximo venite faciamus lateres et coquamus illos igni

(I) et (C) facta est eis ipsa latera quasi lapis et bitumen erat illis lutum.

(A) facti sunt illis lateres in lapidem

(H) Dixitque alter ad proximum suum venite faciamus lateres et coquamus eos igni habueruntque lateres pro saxis et bitumen pro cemento.

Dixitque alter ad proximum suum: “Venite, faciamus lateres et coquamus eos igni”. Habueruntque lateres pro saxis et bitumen pro caemento.

Und sie sprachen einer zum andern: Wohlan! Lasset uns Ziegel formen und zum Brand brennen! Und so ward ihnen der Ziegel zum Ziegelstein, und das Pech ward ihnen zur Pichung.

Sie sprachen ein Mann zum Genossen: Heran! Backen wir Backsteine und brennen wir sie zu Brande! So war ihnen der Backstein statt Bausteins, und das Roherdpech war ihnen statt Roterdmörtels.

4 Et dixerunt: Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad caelum: Et celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras.

Et dixerunt: Agite aedificemus nobis civitatem, & turrim, & caput eius in caelum, & faciamus nobis nomen, ne forte dispergamur super facies omnis terra.

(I) Et dixerunt venite aedificemus nobis civitatem et turrem cuius caput

(H) Et dixerunt venite faciamus nobis civitatem et turrem cuius culmen

(I) erit usque ad caelum et faciamus nobis nomen antequam dispergamur

(H) pertingat ad caelum et celebremus nomen nostrum antequam dividamur

(I) in faciem omnis terrae.

(H) in universas terras.

Et dixerunt: “Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad caelum, et faciamus nobis nomen, ne dividamur super faciem universae terrae”.

Und sie sprachen: Wohlan, wir wollen uns eine Stadt bauen und einen Turm, und seine Spitze am Himmel, und uns einen Namen machen, dass wir uns nicht auf der ganzen weiten Erde zerstreuen.

Nun sprachen sie: Heran! Bauen wir uns eine Stadt und einen Turm, sein Haupt bis an den Himmel, und machen wir uns einen Namen, sonst werden wir zerstreut übers Antlitz aller Erde!

5 Descendit autem Dominus, ut videret civitatem et turrim, quam aedificabant filii Adam.

Et descendit Dominus ad videndum civitatem, & turrim, quam aedificabant filii hominum.

(E) Et descendit dominus videre civitatem et turrem quam aedificaverunt filii hominum.

(H) Descendit autem dominus ut videret civitatem et turrem quam aedificabant filii Adam.

Descendit autem Dominus, ut videret civitatem et turrim, quam aedificaverunt filii hominum.

Da ging ER hinab, die Stadt zu sehen und den Turm, die die

Menschenkinder gebaut haben.

Er fuhr nieder, die Stadt und den Turm zu besehen, die die Söhne des Menschen bauten.

6 Et dixit: Ecce, unus est populus, & unum labium omnibus: coeperuntque hoc facere, nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant.

Et dixit Deus: Ecce populus unus & labium unum omnibus ipsis. Et hoc incipere eorum ad faciendum. Et nunc non prohibebitur ab eis omne quod cogitaverunt ad faciendum.

(I) Et dixit dominus deus

(C) ecce labia et vox omnibus una et hoc initiarunt facere et nunc non minuetur

(A) ecce genus unum et labium unum omnium et hoc inchoaverunt facere et

(C) ex ipsis omnia quaecumque proposuerunt facere.

(A) nunc non deficient ex illis omnia quae conati fuerint facere.

(H) Et dixit ecce unus est populus et unum labium omnibus coeperuntque hoc facere nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere compleant.

Et dixit Dominus: “Ecce unus est populus et unum labium omnibus; et hoc est initium operationis eorum, nec eis erit deinceps difficile, quidquid cogitaverint facere.

Und ER sprach: Sieh´ da, Ein Volk, und Eine Sprache haben sie alle, und dies ist ihr Beginnen, und nunmehr soll ihnen nur noch gering sein all das, was sie zu tun gedenken?

E r sprach: Da, einerlei Volk ist es und eine Mundart in allen, und nur der Beginn dies ihres Tuns – nichts wäre nunmehr ihnen zu steil, was alles sie zu tun sich ersännen.

7 Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

Agite descendamus, & confundamus ibi labium eorum, ut non audia[n ?]t vir labium socii sui.

(E) Venite descendamus et confundamus illic linguas eorum ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

(H) Venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

Venite igitur, descendamus et confundamus ibi linguam eorum, ut non intellegat unusquisque vocem proximi sui”.

Wohlan, wir wollen hinabgehen und ihre Sprache dortselbst durcheinandermischen, dass sie einer nicht des anderen Sprache verstehen.

Heran! Fahren wir nieder und vermengen wir dort ihre Mundart, dass sie nicht mehr vernehmen ein Mann den Mund des Genossen.

8 Atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt aedificare civitatem.

Et dispersit Dominus eos inde super facies omnis terrae: & cessaverunt ad aedificendum civitatem.

(E) Et dispersit eos dominus inde super faciem omnis terrae (I) et cessaverunt aedificantes civitatem et turrem.

(H) Atque ita divisit eos dominus ex illo loco in faciem universas terras et cessaverunt aedificare civitatem.

Atque ita divisit eos Dominus ex illo loco super faciem universae terrae, et cessaverunt aedificare civitatem.

So zerstreute ER sie von dort aus über die ganze weite Erde, und sie mussten aufhören, an der Stadt zu bauen.

E r zerstreute sie von dort übers Antlitz aller Erde, dass sie es lassen mussten, die Stadt zu bauen.

9 Et idcirco vocatum est nomen eius, Babel; quia ibi confusum est labium universae terrae: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.

Propterea vocavit nomen eius Babel, quia ibi confudit Dominus labium omnis terrae; & inde dispersit eos Dominus super facies omnis terrae.

(I) Propter hoc appellatum est nomen illius Confusio quia ibi confudit dominus labia omnis terrae et inde dispersit illos dominus deus super faciem omnis terrae.

(H) Et idcirco vocatum est nomen eius Babel quia ibi confusum est labium universae terrae et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum.

Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium universae terrae, et inde dispersit eos Dominus super faciem universae

terrae.

Darum nennt man ihren Namen >>Babel<< (Gemenge), denn dort hat ER die Sprache aller Welt durcheinandergemengt, und von dort hat ER sie über die ganze weite Erde verstreut.

Darum ruft man ihren Namen Babel, Gemenge, denn vermengt hat E r dort die Mundart aller Erde, und zerstreut von dort hat E r sie übers Antlitz aller Erde.

10 Hae sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum quando genuit

Arphaxad, biennio post diluuium.

Istae generationes Sem: Sem filius centum annorum, et genuit Arpachsad duobus annis post diluuium.

(I) Et hae generationes Sem / Sem filius centum annorum cum genuit Arfaxat secundo anno post diluuium.

(H) Hae generationes Sem / Sem centum erat annorum quando genuit Arfaxad biennio post diluuium.

Hae sunt generationes Sem. Sem centum erat annorum, quando genuit Arphaxad, quingentos annos et genuit filios et filias.

Dies [sind] die Toledot Sems: Sem war im 100. Jahre und zeugte den Arpachsad, ein Zweitjahr nach dem Mabbul.

Dies sind die Zeugungen Schems: Als Schem hundert Jahre war, zeugte er Arpachsad, ein Jahrespaar nach der Flut.

11 Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis; & genuit filios &

filias.

Sem post gignere ipsum Arpachsad, quingentos annos: & genuit filios & filias.

(A) Et vixit Sem postquam genuit Arfaxat quingentos annos et genuit filios et filias et mortuus est.

(H) Vixitque Sem postquam genuit Arfaxad quingentos annos et genuit filios et filias.

Vixitque Sem, postquam genuit Arphaxad, quingentos annos et genuit filios et filias.

[Und Sem lebte, nachdem er den Arpachsad gezeugt hatte, 500 Jahre;] und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Arpachsads Erzeugung lebte Schem fünfhundert Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

12 Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.

Et Arphachsad vixit quinque & triginta annos, & genuit Selach.

(A) Et erat Arfaxat annorum centum triginta quinque cum genuit Cainan.

(I) Et vixit Arfaxat annis CXXXV et genuit Cianan.

(H) Porro Arfaxad vixit triginta quinque annos [CXXXV annis] et genuit [Cainan].

Porro Arphaxad vixit triginta quinque annos et genuit Sala.

Und Arpachsad lebte 35 Jahre und zeugte den Schelach.

Als Arpachsad fünfunddreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er Schalach.

13 Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias.

Et vixit Arpachsad postquam genuit ipse Selach, tres annos, & quadringentos annos: & genuit filios & filias.

(A) Et vixit Arfaxat postquam genuit Cainan annos quadringentos triginta et genuit filios et filias (X) et mortuus est et vixit Cainan annis CXXX et genuit Sala et vixit postquam genuit Sala annis quadringentis XXX et genuit filios et filias et mortuus est.

(H) Sale vixitque Arfaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis et genuit filios et filias.

Vixitque Arphaxad, postquam genuit Sala, quadringentis tribus annis et genuit filios et filias.

Und Arpachschad lebte, nachdem er den Schelach gezeugt hatte, [noch] 303 Jahre: und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Schalachs Erzeugung lebte Arpachschad vierhundert Jahre und drei Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

14 Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber.

Et Selach vixit triginta annos, & genuit Heber.

(X) Et vixit Sala annis CXXX et genuit Eber.

(H) Sale quoque vixit triginta annis et genuit Eber.

Sala quoque vixit triginta annis et genuit Heber.

Auch Schale lebte 30 Jahre, und zeugte den Eber.

Als Schalach dreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er Eber.

15 Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, & genuit filios & filias.

Et vixit Selach postquam genuit ipse Heber, tres annos, & quadringentos annos: & genuit filios & filias.

(X) Et vixit postquam genuit Eber annis quadringentis XXX et mortuus est.

(H) Vixitque Sale postquam genuit Eber quadringentis tribus annis et genuit filios et filias.

Vixitque Sala, postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis et genuit filios et filias.

Und Schale lebte, nachdem er den Eber gezeugt hatte, [noch] 403 Jahre, und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Ebers Erzeugung lebte Schalach vierhundert Jahre und drei Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

16 Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg.

Et vixit Heber quatuor & triginta annos, & genuit Peleg.

(X) Et vixit Eber annis CXXXIII et genuit Falec.

(H) Vixit autem Eber triginta quattuor annis et genuit Faleg.

Vixit autem Heber triginta quattuor annis et genuit Phaleg.

Es lebte jedoch Eber 34 Jahre, und er zeugte Phaleg.

Als Eber vierunddreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er Paleg.

17 Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis; & genuit

filios & filias.

Et vixit Heber postquam genuit ipse Pelegh, triginta annos & quadringentos annos: & genuit filios & filias.

(X) Et vixit.

(H) Et vixit Eber postquam genuit Faleg quadringentis triginta annis et genuit filios et filias.

Et vixit Heber, postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis et genuit filios et filias.

Und Eber lebte, nachdem er den Phaleg gezeugt hatte, [noch] 400 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Palegs Erzeugung lebte Eber vierhundert Jahre und dreißig Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

18 Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu.

Et vixit Pelegh triginta annos: & genuit Rehu.

(X) Et vixit Falec annis CXXX et genuit Ragau.

(H) Vixit quoque Faleg triginta annis et genuit Reu.

Vixit quoque Phaleg triginta annis et genuit Reu.

Auch Phaleg lebte 30 Jahre und zeugte Reu.

Als Paleg dreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er Ru.

19 Vixitque Phaleg postquam genuit Reu, ducentis novem annis; & genuit filios & filias.

Et vixit Pelegh postquam genuit ipse Rehu, novem annos & ducentos annos:

& genuit filios & filias.

(X) Et vixit post genuit Ragau annis CCVIII et genuit filios et filias et discessit.

(H) Vixitque Faleg postquam genuit Reu ducentis novem annis et genuit filios et filias.

Vixitque Phaleg, postquam genuit Reu, ducentis novem annis et genuit filios et filias.

Und Phaleg lebte, nachdem er den Reu gezeugt hatte, [noch] 209 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Rus Erzeugung lebte Paleg zweihundert Jahre und neun Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

20 Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug.

Et vixit Rehu duos & triginta annos, & genuit Serugh,

(X) Et vixit Ragau annos CXXXII et genuit Seruch.

(H) Vixit autem Reu triginta duobus annis et genuit Sarug.

Vixit autem Reu triginta duobus annis et genuit Seruch.

Es lebte jedoch Reu 32 Jahre und zeugte Seruch.

Als Ru zweiunddreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er Serug.

21 Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias.

Et vixit Rehu postquam genuit ipse Serugh, septem annos & ducentos annos, & genuit filios & filias.

(X) Et vixit Ragau postquam genuit Seruch annis CCVII et genuit filios et filias et discessit.

(H) Vixitque Reu postquam genuit Sarug ducentis septem annis et genuit filios et filias.

Vixitque Reu, postquam genuit Seruch, ducentis septem annis et genuit filios et filias.

Und Reu lebte, nachdem er den Seruch gezeugt hatte, [noch] 207 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Serugs Erzeugung lebte Ru zweihundert Jahre und sieben Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

22 Vixit vero Sarug triginta annis, & genuit Nachor.

Et vixit Serugh triginta annos, & genuit Nachor.

(X) Et vixit Seruch annos CXXX et genuit Nachor.

(H) Vixit vero Sarug triginta annis et genuit Nachor.

Vixit vero Seruch triginta annis et genuit Nachor.

Es lebte jedoch Seruch 30 Jahre und zeugte den Nachor.

Als Serug dreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er Nachor.

23 Vixitque Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias.

Et vixit Serugh postquam genuit ipse Nachor, ducentos annos: & genuit filios & filias.

(X) Et vixit Seruch postquam genuit Nachor annos CC et genuit filios et filias

et discessit.

(M) Vixitque Sarug postquam genuit Nahor ducentos annos et genuit filios et filias.

Vixitque Seruch, postquam genuit Nachor, ducentos annos et genuit filios et filias.

Und Seruch lebte, nachdem er den Nachor gezeugt hatte, [noch] 200 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Nachors Erzeugung lebte Serug zweihundert Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

24 Vixit autem Nachor viginti novem annis; & genuit Thare.

Et vixit Nachor novem & viginti annos, & genuit Terach.

(X) Et vixit Nachor annos septuaginta novem et genuit Thara.

(H) Vixit autem Nahor viginti novem annis et genuit Thare.

Vixit autem Nachor viginti novem annis et genuit Thare.

Es lebte jedoch Nachor 29 Jahre und zeugte Theras.

Als Nachor neunundzwanzig Jahre gelebt hatte, zeugte er Tarach.

25 Vixitque Nachor postquam genuit Thare, centum decem & novem annis; & genuit filios & filias.

Et vixit Nachor postquam genuit ipse Terach, novendecim annos, & centum annos: & genuit filios & filias.

(X) Et vixit Nachor postquam genuit Thara annos (C) CXXVIII et genuit filios et (X) filias et discessit.

(H) Vixitque Nahor postquam genuit Thare centum decem et novem annos et genuit filios et filias.

Vixitque Nachor, postquam genuit Thare, centum decem et novem annos et genuit filios et filias.

Und Nachor lebte, nachdem er den Theras gezeugt hatte, [noch] 119 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Nach Tarachs Erzeugung lebte Nachor hundert Jahre und neunzehn Jahre und zeugte Söhne und Töchter,

26 Vixitque Thare septuaginta annis; & genuit Abram, & Nachor, et Aran.

Et vixit Terach septuaginta annos, & genuit Abram, Nachor, & Haran.

(C) Cum esset Tharra annorum septuaginta genuit Abram et Nachor ...

(X) Et vixit Thara annos LXX et genuit Abram et Nachor ... (I) et Arran.

(H) Vixitque Thare septuaginta annis et genuit Abram et Nahor et Aran.

Vixitque Thare septuaginta annis et genuit Abram, Nachor et Aran.

Und Theras lebte 70 Jahre und zeugte Abram, Nachor und Aran.

Als Tarach siebzig Jahre gelebt hatte, zeugte er Abram, Nachor und Haran.

27 Hae sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Aran.

Porro Aran genuit Lot.

Et istae generationes Terach: Terach genuit Abram, Nachor, & Haran: &

Haran genuit Loth.

(I) Hae sunt generationes Tharae / Thara genuit Abram et Nachor et Arran

et Arran genuit Loth.

(H) Hae sunt autem generationes Thare / Thare genuit Abram et Nahor et Aran porro Aran genuit Loth.

Hae sunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor et Aran. Porro Aran genuit Lot;

Und dies sind die Toledot Theras: Thera hat den Abram, den Nahor und den Haran gezeugt, und Haran hat den Lot gezeugt.

Und dies sind die Zeugungen Tarachs: Tarach zeugte Abram, Nachor und Haran. Und Haran zeugte Lot.

28 Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum, in terra
nativitatis suae in Ur Chaldaeorum.

Et mortuus est Haran super facies Terach patris sui, in terra nativitatis suae in Ur Chasdim.

(I) Et mortuus est Arran coram Thara patre suo in terra in qua natus est in regione Chaldaeorum.

(H) Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum in terra nativitatis suae in Ur Chaldeorum.

mortuusque est Aran ante Thare patrem suum in terra nativitatis suae in Ur Chaldaeorum.

Es starb aber Haran zu Lebzeiten [des] Theras, in seinem Heimatlande in Ur Kasdim.

Haran starb unterm Angesicht seines Vaters im Land seiner Geburt, in dem chaldäischen Ur.

29 Duxerunt autem Abram & Nachor uxores: Nomen uxoris Abram, Sarai: & nomen uxoris Nachor, Melcha, filia Aran, patris Melchae, & patris Ieschae.

Et accepit Abram & Nachor sibi uxores. Nomen uxoris Abram, Sarai; & nomen uxoris Nachor, Milcah, filia Haran patris Milcah, & patris Iscah.

(I) Et sumpsit Abram et Nachor sibi uxores nomen mulieris Abram Sara et nomen mulieris Nachor Melcha filia Arran pater Melchae et pater Iescae.

(H) Duxerunt autem Abram et Nahor uxores nomen autem uxoris Abram Sarai et nomen uxoris Nahor Melcha filia Aran patris Melchae et patris Ieschae.

Duxerunt autem Abram et Nachor uxores: Nomen uxoris Abram Sarai, et nomen uxoris Nachor Melcha, filia Aran patris Melchae et patris Ieschae.

Und Abram und Nahor nahmen sich Frauen, der Name der Frau Abrams war Sarai und der Name der Frau Nahors war Milka, die Tochter Harans, des Vaters von Milka und Jiska.

Abram nahm und Nachor sich Weiber. Der Name von Abrams Weib war Sfarai, der Name von Nachors Weib war Milka: eine Tochter Harans, des Vaters von Milka und Vaters von Jiska.

30 Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.

Et fuit Sarai sterilis. Non ei natus.

(A) Et erat Sara sterilis et non generabat.

(H) Erat autem Sarai sterilis nec habebat liberos.

Erat autem Sarai sterilis nec habebat liberos.

Und Saraj war unfruchtbar, sie hatte kein[e] Kind[er].

Sfaraï aber war eine Wurzelverstockte: sie hatte kein Kind.

31 Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filii sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui, & eduxit eos de Ur Chaldaeorum, ut irent in terram Chanaan: Veneruntque usque Haran, & habitaverunt ibi.

Et accepit Terach Abram filium suum, & Loth filium Haran filium filii sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui. Et exierunt cum eis de Ur Chasdim, ad eundum in terram Chenahan: & venerunt usque ad Charan & habitaverunt ibi.

(A) Et sumpsit Thara Abram filium suum et Loth filium Arran filium filii sui et Saram nurum suam uxorem Abram filii sui et eduxit illos (E) de regione Chaldaeorum (A) ire in terram Chanaan et venit in Charran (A) et habitavit ibi.

(H) Tulit itaque Thare Abram filium suum et Loth filium Aran filium filii sui et Sarai nurum suam uxorem Abram filli sui et eduxit eos de Ur Chaldeorum ut irent in terram Chanaan veneruntque usque Haran et habitaverunt ibi.

Tulitque Thare Abram filium suum et Lot filium Aran filium filii sui et Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui, et eduxit eos de Ur Chaldaeorum, ut irent in terram Chanaan. Veneruntque usque Charran et habitaverunt ibi.

Und Terah nahm den Abram, seinen Sohn und den Lot, Sohn Harans, den Sohn seines Sohnes und die Saraj, seine Schwiegertochter, das Weib

Abrams, seines Sohnes, und sie zogen mit ihnen von Ur Kasdim fort, um gen Kanaan-Land zu wandern, und sie kamen bis Haran und blieben daselbst.

Tarach nahm Abram, seinen Sohn, und Lot, Sohn Harans, seinen Sohnessohn, und Sfarai, seine Schwiegerin, Abrams seines Sohnes Weib, sie zogen mitsammen aus dem chaldäischen Ur, ins Land Kanaan zu gehen. Doch als sie bis Charan kamen, siedelten sie sich dort an.

32 Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum; & mortuus est in Haran.

Et fuerunt dies Terach quinque anni, & ducenti anni: & mortuus est Terach in Charan.

(A) Et fuerunt dies Tharae (E) in Charra (A) quinque et ducenti anni et mortuus est Thara in Charra.

(H) Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum et mortuus est in Haran.

Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, et mortuus est in Charran.

Und es waren die Tage Terahs 205 Jahre, und es starb Terah in Haran.

Und der Tage Tarachs waren zweihundert Jahre und fünf Jahre, da starb Tarach in Charan.